



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Nomina quorundam Episcoporum Frisingen. singularium Ecclesiae nostrae
patronorum & benefactorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

XXXVIII. MODESTVS el. an. 1583. rex an. 7.

XXXIX. CASPARVS subrogatur an. 1590. præfuit que an. 3. mens. 4.

XL. RAPHAEL el. an. 1594. rex. an. 8.

ANDREAS III. modernus Abbas præficitur an. 1602.

S. VITI.

PROPE Frisingam Ecclesia Collegiata, Engilbertus Comes de Mosburg, Ep̄s Frisingensis, hanc constituit Ecclesiam, qui Præpositum cum sex Canonicis, quos Hitto Episcopus Frisingensis, ante annos ducentos in monte dicto Tetmos, nunc consecrati Stephani, vulgariter *Weichenstephan* / collocaverat, transfudit ad Ecclesiam S. Viti in umbilico illius montis, & è contra loco istorum instituit ibi ordinem D. Benedicti & Monast. S. Stephani construxit: quod factum est circa an. Dñi 1029. De quo vide Monasterium Weichenstephense, & Episcopos Frisingenses.

ADDITIONES.

Ex vetustissimis Calendariis Collegiatae sancti Viti
Ecclesiae Frisingae.

An niverfarius *Nitgeri* Episcopi *Frisingen*. fundatoris & consummatoris Ecclesiae nostrae celebratur. quotannis 18. Aprilis, in die Sancti *Elen-therij*.

Ex vet. M. S. libro.

NITGERVS der 18 Bischoffe zu Freising ist Bischoff worden Anno 1040. vnder ime hat Kayser Hainrich der dritte bestättigt, was Hochlöblicher gedächte auß Bischoff Engilbertus vnd diser Nitgerus auch Bischoff geben erkhaufft / vnd verordnet haben / zu dem Stiffe vnd Altar des heiligen Veits, außserhalb der Stattnaur auß dem Berg / sambe den Brüdern die daselbst *GGZ* dienen / mit Kayertlichen gewalt vnd Freyheiten ewiglich zuhalten. Geschehen Anno Domini 1051. Diser Nitgerus hat auch von ermeltem Kayser erlangt / ein bestättigung aller Güter seiner Thumkirchen in Freising / vnd ein Schloß oder Herrschafft genant Ostermündingen / in der Landtschafft Salzgaw / vnd die Kirchen Donnichhürchen / Doyringen / vnd Emlingen / mit zehen hieben vnd andern zugehörungen. Er hat auch dem Leichnam sancti Nonnoli zu seiner Kirchen bracht / vnd das Stiffe wol regirt / vnd ist gestorben nach Christi Geburt 1053. den 13. Aprill / hat 13. Jahre regirt.

NOT. Engilbertus ipsius antecessor, wie er anno 1020. auff dem Tetmons (so jezunde *Weichenstephan* genant wird) das Closter S. Stephani Benedictiner Ordens gebawt vnd gestiftet / auch daselbst ein Closter gestiftet hat / diser hat den Brobst mit sambe seinen Chorherren von *Weichenstephan* auß *S. Veits Berg* / welchen er gegründ hat / welchen er auch vil guthat vnd wolthat bewisen.

Nomina quorundam Episcoporum *Frisingen*. singularem
Ecclesiae nostrae patronorum & benefactorum.

Geroldus Episcopus *Frisingen*. dedit nobis *Sinzhausen*, *Khynshausen* & *Purshausen*.

Metrop. Salzb. Tom III.

002

Otto

Otto Episcopus *Frisingen.* dedit nobis Ecclesiam parochialem in *Anzing.*

Albertus ab *Hocheburk* Episcopus *Frisingen.* dedit nobis Ecclesiam parochialem in *Pogenhausen.*

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Præposito & Capitulo S. *Viti Frisingen.* salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia deuotos & humiles filios, ex consueto pietatis officio propensius diligere consuevit; & ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater suæ protectionis munimine conseruere. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis precibus inclinati, personas vestras & locum, in quo diuino estis obsequio participati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum præstante Domino iustis modis poteritis adipisci, sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem de *Anzingen,* de *Synzhausen,* & de *Purckhausen,* & de *Chynhausen* Ecclesias, cum earum pertinentiis, quas venerabilis frater noster Episcopus *Frisingen.* de Capitulo sui consensu pia vobis & prouida liberalitate concessit, nec non alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis & per vos Ecclesie vestræ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Anagninæ* II. Kal. April. Pontificatus nostri anno sexto.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Præposito, Decano, & Capitulo Ecclesie S. *Viti* extramuros *Frising.* salutem & apostolicam benedictionem

CVM à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm clemencia, & sollicitudo officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia vel alia indulta vobis & dicte Ecclesie concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio- num à Regibus & Principibus & aliis Christi fidelibus vobis & eidem Ecclesie rationabiliter indultas. Specialiter autem decimas, primitias, oblationes, census, fructus, redditus, possessiones, agros, prata, loca, pascua, nemora, syluas, casalia, grangias, molendina, aquas, aquarum decursus, stagna, lacus, piscarias, iura, jurisdictiones, & alia bona ad Ecclesiam prædictam spectantia nec non parochiales Ecclesias in *Anzing.* *Pogenhausen.* *Duinkirchen,* & *Sinzhausen,* eiq; annexas *Kinhausen,* & *Purckhausen,* Rectoriasq; & alia beneficia Ecclesiastica, quæ eidem Ecclesie S. *Viti* annexa seu incorporata seu vos in vsum proprium obtinere asseritis, sicuti ea omnia iuste & pacifice possidetis, vobis & per vos eidem Ecclesie S. *Viti* auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis DEI & Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum, eius se noverit incursum. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum,* anno incarnationis Domini.

Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo tertio. Quinto Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Catalogus quorundam Præpositorum Ecclesie Collegiatæ S. *Viti*.

Dn. ANDREAS *Zirnberger* Decretorum D. an. 1498.

VITVS *Meller* Canonicus *Augustanus* Iuris utriusque Doctor litterarum Apostolicarum, sollicitator, & summi Pont. *Iulij*, III. familiaris fornicario opere fieri curauit templum sancti *Viti* tum propriis, tum supradicti *Andree Zirnbergeri* consanguinei sui relictis bonis ac sumptibus anno 1510.

IACOBVS *Meller* LL. Doct. Canon. *Augustanus* an. 1545.

LEO *Lösch* Canonicus *Frisingen.* resignauit, factus Episcopus *Frisingen.* an. 1552.

GEORGIUS. *Stengl* Canon. *Frisingen.*

HIERONYMVS *Bushidius*.

CORNELIUS de *Rosenthal* Prænotarius Apostolicus ob. ann. 1571.

CHRISTOPHORVS *Keller* Canonicus *Augustanus* accepit possessionem ann. 1571.

EBERHARDVS.

LVDOVICVS à *Pienzennaur*.

NICOLAUS *Manzinger*.

CHRISTOPHORVS *Rechlinger* Augustan. IV. D. Canonicus Scholasticus & officialis *Frisingen.* modernus Præpositus,

V N D E N S T O R F.

MONASTERIUM ad Gelonum fluium Ordinis S. Augustini Canon. Regularium Anno 1126. regnante Lothario, nobilis vir Otto Palatinus Comes de *Vvitlsbach* maior: Pater Ottonis postea Ducis *Bauariæ*, ædificare cœpit *Vndenstorfense* Monasterium, in honorem Dei omnipotentis, B. Mariæ Virginis, nec non S. S. Apostolorum Petri & Pauli. Anno autem 1131 ab Innocentio secundo confirmationem impetrauit, cuius Bulla extat. Idem quoque Innocentius Præpositum primum nomine Rupertum, ex quodam Monasterio dicto *Marpach*, ad Ottonis prædicti preces, per Apostolica scripta postulari mandauit ac sanciuit, Vt nullus Præpositus per violentiam, sed per fratres secundum Regulam beati Augustini liberè eligatur ac constituatur. Prædictus Otto de *Vvitlsbach* prædium suum *Vndenstorf* tradidit Monasterio, quam traditionem confirmauit Lotharius Imperator, Anno 1130, iuxta tenorem Diplomatis, quod ita sonat:

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ TRINITATIS, Lotharius diuina fauente Clementia Romanorum Rex: Pauperibus Christi subuenire, & Deo in omnibus deuotè seruire est regnare. Quapropter omnium Dei nostriq; fidelium, tam præsentium, quàm futurorum nouerit industria, qualiter nos traditione ab Ottone de *Vndenstorf*: de prædio suo ibidem sito factam, regia potestate & autoritate confirmauimus, confirmatam corroborauimus. Hæc traditio sic facta est; Ipse Otto præscriptus, eorum prædium suum *Vndenstorf*, quod situm est in Episcopatu *Frisingensi*, & in Comitatu *Hartuici* de *Kregelingen*, Christi pauperibus ibidem sub regula S. Augustini militantibus, in proprium tradidit,

Metrop. Salub. Tom. III.

003

& de